



**Enchiridion Piarvm Meditationvm In Omnes Dominicas,  
Sanctorvm Festa, Christi passionem, & cætera**

**Busaeus, Johannes**

**Mogvntiæ, M. DCVI.**

6. De fine vel intentione communica[n]tis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70978](#)

mortique vicinum, & ideo confugere ad  
medicū: pauperem & mendicū, & ideo  
pulsare ad ianuam diuitis: esse filiū prodi-  
gam, & ideo te in terram prostratum cla-  
mare. Pater peccavi in cōsum & coram te,  
iam non sum dignus vocari filius tuus.

LUC. 15.

## MEDITATIO VI.

Define vel intentione communicantis.

**C**ONSIDER A, inter ea quae ad præpa-  
rationem sunt necessaria, principē  
ferè tenere locum rectam intentionem.  
vel finem, quem in cōmunicando habere  
debēs. Si enim oculus tuus fuerit simplex, ait  
Christus, totum corpus tuum lucidum erit: *Matt.*  
si autem fuerit nequam, totum corpus tuum *9.*  
tenebrosum erit. 2. considera intentionem  
vitiosam vel certe minus laudabilem esse  
posse. 1. si communicares, ut mundo ha-  
bereris pius & sanctus. hæc enim eslet hy-  
pocrisis & vana gloria. 2. si principaliter  
communicares ad impetranda bona ter-  
rena: nam cum huius sacramenti cibus sit  
spiritualis animæ, non debet primario re-  
ferti ad caduca & terrena. 3. si primario  
spectares consolationem vel voluptatem  
spiritalem, quia talis intentio nascitur ex

Li + amore

## 504 MEDITATIONES DE

amore proprio. 4. si tantum id faceres ob  
consuetudinem, vel quia alii id faciunt;

2.

Considera, rectam intentionem e-  
se posse. 1. si co~~m~~unices ad obtinen-  
dam remissionem peccatorum, quia hoc  
sacramentum etiam est sacrificium, quod

**3 Bon.** offertur pro peccatis. 2. vt libereris a gra-  
in o- ui aliquo malo, afflictione, tentatione,  
pus. de vt imperres singularem aliquam gratiam  
**Missa.** vel donum spiritale. 4. vt gratias agas pro  
beneficiis temporalibus, & spiritualibus  
tibi, aliisque collatis. 5. vt colas laudesq;  
Deum & Sanctos cum hoc sit sacrificium  
omnium maximum. 6. vt tanto familia-  
rius te coniungas ex amore cum Christo,  
& fias vnum cum ipso. 7. vt iuves prox-  
imos viuētes & defunctos. 8. vt Christo  
gratum præstes officium, quem scis sum-  
mo desiderio teneri vt nobiscū sit. Delites  
mea, inquit alicubi, esse cū filiis hominum.

**Pro II.**

8.

3.

**CONSIDERA**, ex omnibus finibus  
optimos esse eos ob quos præcipue est  
institutum hoc sacramentum. 1. est, vt ha-  
beres memoriale passionis Dominicæ &  
ideo Christus dixit, *Hoc facite in meā com-  
memorationem.* 2. est, vt sicut cibo corpo-  
rali corpus, ita hoc spiritali cibo anima  
pasceretur. *Vnde Christus. Qui mandauit*

*hunc*

hunc panem, vinet in aeternum. Et nisi man-  
ducaueritis carnem filii hominis, no[n] habetis  
vitam in vobis. 3. est, vt transformareris in  
Christum, vt esse in Christo, & Christus  
in te. Qui manducat meam carnem, inquit  
ipse, & bibit meum sanguinem, in me manet  
& ego in illo. 4. est & primarius, vt imbi-  
bas spiritum Christi, per quem viuamus,  
inquit S. Bonaventura, cum illa humili-  
te, caritate, obedientia, amore paupertatis,  
mortificatione corporis, contemptu  
mundi & desiderio multa patiendi, sicut  
Christus vixit.

## MEDITATIO VII.

*Quid in ipsa communione & post  
eam considerandum.*

CONSIDERA summo mane eius diei 1.  
quo communicabis, Dominū magno  
desiderio te in Ecclesia expectare, vt in  
anima tua requiescere possit: Deinde ad-  
eundo illam cogita, quanto gaudio effici-  
atur angelus tuus custos, dum te comita-  
tur eute[m], vt suum t[em]p[or]umq[ue] Dominū ho-  
spitio recipias. Tertio eandem ingressus  
cōspecto altari, in quo est sacramentū, hu-  
milem illi in corde exhibeas reverentiam  
auxiliumque B. Virginis aliorumve San-

ctorum

II 5